

[Diebus autem] profestis horis canonicis nichilominus omnes devote mancant et [intente]. Primam vero, tertiam, sextam et nonam profestis diebus in operatorio dicere poterunt, cum visum fuerit expedire. [§. 18.] Sane caveant omnes et singule diligenter, [ne pre]sumant ullo modo rancore vel odio persequi seu calumpniis vel querelis aut accusationibus [injustis ali]quatenus perturbare monialem fidelem, que reprehenderit vel restiterit hiis, que 5 operantur religioni contraria et institutionibus ordinis, vel [quia] priorisse priori vel preposito transgressionibus indicaverit, ut regulariter corrigantur. Quod si [que facere forte] presumpserint, sub gravi pena in ultimo gradu ad tempus peniteant, ut cetera sibi [caveant] similia facere non presumant. [§. 19.] In singulis hujus ordinis domibus ordinentur, si haberi poterunt, quatuor viri religiosi deum timentes, qui exteriora procurent. Eodem modo 10 quatuor moniales interiorum procuratrices, que ad prioris et priorisse consilium omnia procurabunt. Ipsi autem aurum argentum pannos frumentum vel aliquid [hujusmodi sine prioris] vel priorisse licentia dare nequaquam presumant. [§. 20.] Priorissa eligatur ab aliquibus senioribus et prudentioribus de conventu sororum ad hoc a conventu electis, et confirmetur per prepositum generalem, per quem etiam poterit amoveri, [cum visum 15 fuerit] expedire. Officiales autem cetera per priorissam de seniorum sororum et prudentiorum consilio debent institui et mutari, salvo in omnibus generalis prepositi providentia et mandato. Similiter prior a suis fratribus eligatur, confirmetur autem vel si opus fuerit designetur et ordinetur a preposito generali. [§. 21.] Fratres regulam beati Augustini observent. In qua[libet] autem domo, si fieri poterit, sint sex fratres ad minus religiosi quidem 20 et regulam beati Augustini professi, ex quibus tres ad minus sacerdotes existant. Quia igitur, dilecte in Christo filie, finis non pugna coronat et exitus acta probat, diligenti vigilare sollicitudine vos oportet, ut adversario vestro, qui circuit querens quem devoret, tota die [constanter et] viriliter resistatis, sicque sperare secure poteritis, quod, si auctore domino victrices fueritis, celestem regem virginis filium sponsum habebitis, qui vos in celestis pa- 25 latii thalamum feliciter introducet. Datum Anagnie x. kalendas novembris pontificatus nostri [anno] sexto.

606.

Bischof Konrad von Meißen eigent dem Junyfrauenkloster Getreidezinsen in Gleisberg, Haßlau, Ossig und Seifersdorf. Meißen, 1248 Jan. 2. 30

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 453. Das S. (Cod. dipl. Sax. reg. I. 1 Taf. II No. 2) am Füllen von rother Seite.

Ann.: In dorso: Super decimam in Glysberg, Hasela, Olsenyk, Syfridysdorf (Sacc. XIII).

In nomine domini amen. Conradus dei gratia Misnensis episcopus universis Christi | fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Quoniam | 35 labilis est hominum memoria, expedit, ut ea, que fiunt rationabiliter atque | juste, ad eternam rei memoriam scripti testimonio perhennentur. Hinc est quod universis tam presentibus quam futuris volumus notum esse, quod nos de consensu capituli Misnensis proprietatem cuiusdam decime videlicet xii maldaria siliginis et avene et iii modios, que